



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

238. An sacerdos hospes regularium, si inter illos moriatur, sepeliendus
sit in eorum Ecclesia, Parochialis, in qua situm est Monasterium? Et
docetur, quid agendum sit de sius familiaribus, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regular. Ref. CCXXXVI &c. 151

tom. 1. tract. 7. cap. 20. n. 50. Vincētius de Franchis decis.

7. 18. Rodriguez tom. 2. quæst. 125. arr. 2. & alij.

2. Notandum est tamen , quod illa verba , ut nihil iuris Monasterio acquiratur, interpretanda sunt, ut cum licentia Superioris illud legatum in vlos licitos . & honestos, ut vestimentorum, & librorum, &c. concurrat. Iicec. Indirecte hoc in ipsius Monasterij commodum reduceret; non tamen intelligenda sunt, ut ille ad libitum , & quomodocumque etiam cum licentia Superioris disponere possit; nam ita faciens est propriarius, nec Praelatus illum licentiam dare potest.

3. Nota etiam cum Mofesio vbi suprā , quod in retrocessione illius legati ad hæredem, nulla alia requiritur iuris solemnitas , cum nihil acquisitionis sit Monasterio, sed solum sufficit denegatio licentiae Superioris, quæ negatio facit , ut refoluatur legatum.

RESOL. CCXXXVI.

An Religiosus, si persuaderet moribundo, ut sepulturam eligat in sua Ecclesia, incidat in aliquam pœnam, excommunicationem , & peccatum?

Et quid est dicendum, si Religiosus induceret moribundū ad sepeliendum se in aliena Ecclesia? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 101.

§. 1. R espondeo quod Religiosus, vel Clericus suadens alium vocare, iurare vel promittre quod sepelitur apud suas Ecclesias, vel mutabit sepulturam iam alibi ab ipso electam , peccat mortaliiter, & incurrit excommunicationem Bonifacij VIII. compreh. ver. sepelire, §. 6. & si contrā actum fuerit, elecio sepultura non valeret, neque eligens potest in illa sepeliri, etiamsi ioraverit. Et ita docet Portel. in dubiis Regular. ver. sepultura, num. 3.

3. Nota vero cum Toleti lib. 1. cap. 36. n. 3. quod si Religiosus induceret moribundum ad sepeliendum se in aliena Ecclesia, etiam medio iuramento, seu voto, in nullam censuram incurreret, nec vilum committeret peccatum.

RESOL. CCXXXVII.

Religiosi morientes extra Monasterium , ubi sunt sepeliendi

Et notatur, quod tenentur expensas factas in Monachi sepultura soluere, si in Parochiali Ecclesia sepeliuntur. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 110.

§. 1. R eligiosi cum non habeant electionem sepulturæ, sepeliendi sunt in propriis Monasteriis, c. vlt. de sepult. lib. 6. Emanuel quæst. regal. tom. 3. 9. 60. art. 1. & 2. Vgolinius de offic. Episc. cap. 17. n. 9. late Sanchez in præf. Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 14. nouissime Aloys. Riccius in præf. rerum fori Ecclesiæ part. 4. refol. 293. num. 39. etiamsi extra claustra decedat, quia tunc etiam Parochii inconsultis ad eorum Ecclesias deferti debent, ut confutat Congregatio Emin. Cardinalium Concil. Trident. Interpretatio sub. die 2. In Iulij 1620. vt referat Laurentius de Peyrinis in confit. sui Ordinis Minim. tom. 2. constit. 7. P. V. num. 1. 3. vers. ad decimum pag. 194. nisi sint ita remoti à propriis Monasteriis, ut commode portari nequeant, quia tunc possunt eligere sepulturam, d. c. vlt. Nauar. com. 2. de regularibus, n. 43. Emanuel d. 9. 60. art. 2. vers. Adserendum tamen est. Sanchez d. c. 14. num. 3. si vero in particulis sic remoti à Monasterio moriantur, non electa sepultura, sepeliendi sunt in Ecclesia parochiali, in qua decesserint instar secularium in itinere morien-

tium, ut tenet Ancharan, & Franch. in d. c. vlt. Sanchez d. c. 14. num. 4. subdens contra glos. ibi , in casu positione sepeliendos adhuc in Ecclesia parochiali, quāvis ibi sit Monasteriū aliquod sui Ordinis, nisi ibi fuerint causa perpetuae residentiæ , & num. 5. subdit quod te- netur expensas factas in Monachi sepultura soluere. & hæc omnia docet etiā Barbola de difficult. Paro- chial. c. 26. num. 30. cui addit. Villalobos in summ. tom. 1. tr. 31. diff. 2. num. 1. 2. & Bellett. in disq. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. num. 39.

RESOL. CCXXXVIII.

An secularis hospes Regularium, si inter illos moriatur, sepeliendus sit in eorum Ecclesia, vel in Ecclesia Paro- chiali, in qua situm est Monasterium?

Et docetur, quid agendum sit de suis familiaribus, & ser- uitoribus modo tamen dicti actualiter Religiosis infor- miantur, aut in locis Religiosorum commorenur, & sub eorum obedientia vivant?

Et an secularis femina existens in Monasterio Monialium, si sine vita veli sepeliri extra Ecclesia Moni- alium spectet ad Parochium, vel ad Confessorem Moni- alium affectare cadatur, & percipere quartam funera- lem, & alia in ratione sepultura?

Idem est de pueris degentibus intra Monasterium can- sa educationis.

Et notatur, quod pro Novitio moriente apud consanguineos, vel alias extra Conventum, si in Monasterio suo- rum Regularium sepelitur, non debetur quarta Paro- cho, sub cuius Parochia mortuus est. Ex p. 9. tr. 7. & Mile. 2. Ref. 62.

§. 1. P offe sepeliri in Ecclesia Regularium docet Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Bordonus in confit. Regular. tom. 2. refol. § 1. n. 168. qui probat ex cap. 1. 16. quæst. 1. in fine. ibi: Mor- tum non sepeliat, nisi Monachum in Monasterio secum commorarem, vel si fortuita quenquam aduenientia Fra- trum ibi mori contigerit, Nomine Fratrum ibi non ve- nient Conuersi Monachi, cùm sub primo vocabulo, Monachum, continetur: aliter non possent sepeli- ri in suis Monasteriis, sed solum Monachi Clerici: ergo sub eo nomine Fratrum comprehenduntur secu- lares peregrini, sive Clerici, sive laici: nam omnes fideles admicent Fratres sive per lauacrum regene- rationis Iesu Christi: vnde Chrysostomus homil. 25. in Epist. ad Hebreos, dicit: [Si enim quis Frater no- minatur in vobis, Fratrem in hoc loco omnem fide- lem intellige, non Monachum tantum: quid est au- tem, quod facit fraternitatem, nisi lauacrum rege- nationis, quod facit posse vocati Deum Patrem.] Ergo ex illo casu Religiosi h. bent ius sepeliendi mortuos apud se defunctor. Confirmatur: quia in tali casu recipiunt omnia Sacraenta à Regularibus ergo.

2. Sed novissime contraria sententiam docet

Ægidius Trullench tract. de iure Parochi. cap. 9. dub. 1.

n. 5. vbi sic ait: [Possunt Regulares in suis Ecclesiis (Pa- rochii inconsulsi) suis familiares, & seruatores se- pelire, etiāque Sacraenta ministrare, modò tamen dicti actualiter Religiosi inseruantur, aut in locis Re- ligiosorum communiter, & sub eorum obedientia vivant. Constat ex concepcione Clementis IV & Sixti V. apud Fr. Ioan. de la Cruz de statu Religios. lib. 2. c. 6. dub. i. n. 1. & c. 5. d. 4. maximè ex Tridentino scff. 2. 4. alii eius pri- c. 11. de reformat. ibi: Exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu inferuntur, & in ira eorum septa, at domos resident subque eorum obedientia vivant. Quo- uatis ab Or- dinaria copulatiū requiriuntur, ut i. familiares dicti priuile- diario loco- gii gaudere possint, ut tenet Bellarmin. in declarat. sup. me apost. & etiam secun- Tid. scff. cit. iuxta Bullam 67. Circumscripta. Gregor. Eucharistie XIII. vide Fr. Ioan. de la Cruz vbi suprā, dicto n. 1. in tempore Pas-

N 4 fine i. chatis, & in

pericula seu fine, & cap. 6. dub. 1. num. 1. vbi refert hanc Sacrae Con-
articulo greg. declarationem: Congregatio Concilij censuit, di-
moris in clos Religiosos audire posse Confessiones facultinum, qui
tom. 2. tr. 2. Ref. 18. §. 1. sunt de sua familia, & continu commensales: non tamen
& 2. & in eorum, qui deferuntur in eorum Monasteriis. Vnde non
alii eiusno est audiendus. Hesychius Rodericus in comp. 99.
& pro mi- Regul. ref. 64. n. 1. vbi idem extendit, propter aliqua
nitratione priuilegia, ad eos, quos in Monasteriis contingit in-
Extreme vni- tationis ibi ex- pectari: quia talia priuilegia, si quae sint, (non enim
doctrina Ref. illa adducit,) sunt abrogata per Gregorium XIII. v
63. & pro su tener idem la Cruz, & Doctores communiter. Imo
pradicis idem Concilium vbi supra derogat omnia priuilegia
deni in Ref. dispositioni dicti Concilij contraria. Ita Trullench.
21. §. penult. 3. Verum sententiam Bordoni, pater Rodriguez
à Trullench citatum, tenet etiam Peyrus de priu.
tom. 1. Conf. 1. Iulij II. num. 94. Quia Monasteria Re-
gularium sunt exempta à iurisdictione Episcoporum, &
equiparantur locis positis extra Diocesim. Ergo si
decederet dictus hospes in aliquo loco extra Dioces-
sim, nullam in eo haberet Episcopus, & Parochus loci,
in quo Monasterium Regularium est positum, iurisdi-
ctionem: ita cum decedit in loco Regularium exēpto.
4. Sed hic obiter apponam pulchrum dubium, an
secularis fœmina existens in Monasterio Monialium,
si in fine vite velit sepeletri extra Ecclesiam Monialium,
spectet ad Parochum, vel ad Confessarium Monasterij associare cadauer, & percipere quartan funeralis, & alia iura ratione sepulturae? Hic
casus accidit Panormi: nam cum in Monasterio Sanctæ Cacharinae vlsque ad senectutem vixisset fœmi-
na nobilissima, voluit post mortem sepeletri in Capella Maiorum existente in Ecclesia Societatis Iesu. Itaque
ad dubium iam propositum nouissime responderet Pater Pellizzarius tract. de Monial. cap. 10. sect. 3. n. 233.
& putat, spectare omnia supradicta ad Confessarium Monialium, cum Monasterio Monialium competat no-
solùm exempti personalis, sed etiam localis; & fœ-
mina illa secularis illud sibi eligendo in domicilium,
effecta sit de omnibus Confessarij prefati Monasterij: qui
proinde, tanquam Parochus illius, erga ipsam pot-
erit exercere parochialis modo dicto: praterquam
quod à quo viuentes recipimus Sacramenta; ab eo-
dem post mortem debemus recipere & sepulturam; &
consequenter ipse à nobis recipit iura parochialis seu
effectus dictorum iurium: sicut ergo fœmina illa
viuens recipit Sacramenta à Confessario Monialium,
tanguam eius Parochiana; sic post mortem debet ab
eo recipere sepulturam, & ille lucrari ab ea iura pa-
rochialis cum vere sit eius Parochus, habeatque, vt
talis, in illam iurisdictionem ordinariam, non autem
solùm delegatam. Ita ille, qui etiam putat, doctrinam
posse probabilitate sustinerti de pueris in Monasterio
de gentibus causa educationis: quippe quæ ibi acqui-
runt quasi domicilium, adeoque sunt Parochianæ dis-
ceti Monasterij, iuxta probabilem doctrinam traditam
à Sanchez lib. 3. de marim. disp. 2. 3. n. 9. vbi, si ibi mori-
rantur, Confessarii Monialium exercebit cum illis
omnia iura parochialis, tam quoad Sacramentorum
ministracionem, quam quoad sepulturam; vt dictum
est de fœmina seculari: quoniam de dictis pueris fu-
stinet possit etiam opinio opposita, quam Sanchez
Sup. aliqua censet esse probabilem. Hæc Pellizzarius.

alia contin-
gentia in hoc
casu legge su-
pra §. vlc.
Ref. 163.

5. Notandum est etiam hic cum Bordono vbi supra
n. 206. quod pro Novitate moriente apud contanguineos, vel alios extra Comitatum, si in Monasterio
suum Regularium sepeliantur, non debetur quarta
Parochio, sub cuius Parochia mortuus est; quia illam
exigit solum respectu suum Parochianorum: Noui-
tius autem non dicitur Parochianus: quia in eius Pa-
rochia domicilium non habet; sed incidenter ibi re-
peritur, & censetur, ac si ibi non fuisset: qui enim re-
peritur in loco, à quo breui recessus est, non cense-

tur ibi fuisse, c. Diuortium 21. dist. de panit. lib. 1. §.
Qui praesens ff. de verb. significat. Quidquid in contra-
riū alterat Caratus de Iur. Paroch. tit. 6. c. 2. & tit. 7. c. 11.

RESOL. CCXXXIX.

An Regulares quando accedunt ad funera mortuorum de-
beant adire Ecclesiam Parochiale, vel accedere ad
domum defuncti?

Sed difficultas est, quando capitulum Cathedralis inter-
nire debet, an omnes Clerici seculares, & Regularis
omnes confraternitates accedere ad funus volentes, de-
beant congregari in Cathedrali ad leuandum caput, &
quid de iure, & consuetudine?

Et alia nota notabilia circa hoc adnotantur. Et tandem
explana, quod Regulares monere, & expellere de-
bent Parochum in supra dicto casu; quo regule, &
expresse venire recusante, licet eisdem Regularibus,
etiam ipso inuito, cadaver ad propriam Ecclesiā trans-
ferre. Ex p. 11. tr. 8. & Mic. 8. Rel. 6.

§. 1. Causa in dies accedit, ideo Respondeo quod
si cadaver sit in domo, aut alibi, Regulares
debent accedere ad Parochiale, & inde cum Pa-
rocho ad leuandum cadaver. Sac. Cong. ritu in Sen-
galium. 26. Aug. 1616. Tarpie. 16. Febr. 1631. & alibi.
Adeo ut neque consuetudo induci possit validi con-
ueniendi in alio loco, quam in aliqua Ecclesia, vel pio
loco, quia Sac. Congr. Linan. 5. Decemb. 1632 ad-
dit decretum irritans, ut scilicet nullo modo per viam,
& ad domum defuncti, unde patet irritari omnem
actum extra terminos habiles.

2. Sed difficultas est quando Capitulum Cathedralis
intervenire debet in funere, an omnes Clerici secula-
res, & Regularis & omnes Confraternitates accedere
ad funus volentes, debeat congregari in Cathedrali
ad leuandum capitulum; quod probatur de iure & con-
suetudine: Et affirmativam sententiam tenet Ioannes
Baptista Parolletus in Palafra Clericali p. 3. c. 5. lin. D.
Probatur; nam capitulum non debet accedere ad alias
Ecclesiás ad leuandum inferiores, quia cum haec sit
materia praecedentia, ille præcedit cuius caput præ-
dicti Feli. cap. cum non licet n. 2. de prescript. Calan.
Catalog. Glor. Mund. p. 4. confid. 31. Rota coram Lancel.
dec. 127. inter selet. Capituli autem caput est Episcopus,
& Canonici faciunt unum corpus cum Episcopo cap.
cum Clerici de verb. sign. cap. nouit. & cap. quando de in-
quo sunt a Prælati. Ideo Canonici collegialiter præ-
dunt in omnibus publicis actibus, etiam Abbatibus
vsl. Mitra & Baculi habentibus; Nauar. c. 2. de Ma-
ior. Ric. 2. Praeful. 90. Non possunt le per viam iungere,
nece ad domum defuncti expectare, quia id nullo modo
fieri posse resolutum Sac. Congr. Rit. Linan. 5. Decem-
br. 1632. Neque expectare extra ianuam Ecclesiæ, &
aliis postea se associare. Sac. Congr. Epil. Vigilante.
13. Noueb. 1600. ergo in Cathedrali debent coadunari
ad inchoandam inde funeriis processionem. Tum
quia crux vñica ferenda est in funeralibus, & si Cap-
itulum interueniat, tunc sola crux Capituli defetur,
sub qua omnes incedunt per antianitatem; Sac. Congr.
Narnien. 30. Septemb. 1616. & Andri. 12. Novemb.
1631. Alijs Crux Paroch. Sac. Congr. Rit. 22. Maty.
1632. Regulares autem non posse ad funus in morte pa-
rocho Crucem deferre, statuit Leo X. Conf. Sacro
approbante ut refert Praxis Neap. c. 61. n. 14. Sed ibi
adunari debent omnes etiam parochi, & quicunque
exempti, vbi Crux defumitur. Tum à fortiori: quia Se-
crifta vel curatus Cathedralis etiam amabilis præ-
cedit Parochio defuncti, quando Capitulum interve-
nit; Sac. Congr. Rit. Pisauren. 22. Mar. 1631. ergo
à fortiori ipsum Capitulum.

3. His tamen non obstantibus, negatiuam senten-